



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Vita Et Virtutes Venerabilis Patris Lvdovici De Ponte, Societatis Jesu**

**Lamparter, Heinrich**

**Jngolstadii, 1662**

Admodvm R. P. In Christo, Patri Nostro Gosvino Nickel, Societatis Iesv  
Præposito Generali.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43978**



AD MODVM R. P. IN  
CHRISTO, PATRI NOSTRO

GOSVINO  
NICKEL,

SOCIETATIS IESV PRÆ-  
POSITO GENERALI.

**R**odijt nuper in lucē,  
sine nomine, non ta-  
men sine vestigijs un-  
gularū Authoris, De-  
fensio Valeriani Magni contra  
Societatem, à qua, tamen si gra-  
vissimè læsâ, ille nunquam est  
impugnatus; nisi, ut fertur, im-  
(?) 3 pugna-

## E P I S T O L A

pugnatū se crediderit, quòd, cūm  
 putaret Imperatori quondam  
 se commendari posse à Confes-  
 sario ad infulam, id, quia nostrū  
 non est, factum non fuerit. Quæ-  
 cunque causa sit, omnibus no-  
 tum fuit, dolentibus optimis sui  
 S. Ordinis Patribus, hominem  
 odio implacabili prosequi So-  
 cietatem, quam non solūm pri-  
 vatis alloquijs apud Principes, &  
 summos viros utriusque ordi-  
 nis, passim traduxit; sed etiam  
 Libellis editis gravissimorū cri-  
 minum arguit: asserendo, si no-  
 bis conciliaretur, perinde fore,  
 ac si Christum, & Ecclesiam ejus  
 negaret Propter quæ non imme-  
 ritò

UNIVERSITÄTS-  
 BIBLIOTHEK  
 PADERBORN

DEDICATORIA.

ritò à sapientibus est habitus pro  
perturbato. Sed requiescat nunc  
ille quidem per nos in pace: at  
maleferiatus Defensor ejus re-  
fuscitat odia, & partim falsis, ac  
pridem publicè confutatis nar-  
rationibus, partim insulsis & ru-  
dibus ( licet aliquot guttarum  
juris aspersione maculatis ) ar-  
gumētationibus calumnias Va-  
lerianas prosequitur, ut maxi-  
morum scelerum, Hæresis, &  
Atheismi nos damnet. Ipsi adeò  
Vicario Christi, S. D. N. Alexan-  
dro VII. non parcit homo nefa-  
rius, violati juris divini & huma-  
ni, neglecti officij sui, gravisque  
peccati, Suam Sanctitatem in si-

(?) 4 mu-

EPISTOLA

mulans, quod à V. P. circum-  
 veniri se sinat, & Societatem  
**JESU** non tantùm non corri-  
 gat, aut funditus excindat, &  
 evertat, sed etiam paternè fo-  
 veat ac protegat. Videbar mihi  
 hæc legens audire aliquos de in-  
 saniente plebe Gentilium, qui  
 olim, teste Athenagora, exaspe-  
 rati virtute Christianorum, cla-  
 mabant in amphitheatris, *αἵρεσις  
 αἰθερα, tolle impios, tolle atheos.*

Quæ admodum Reverendæ  
 Paternitati Vestræ memoro, ut  
 novo hoc argumento videat,  
 quod non ignorat, juxta men-  
 tem sanctissimorum suorum  
 Antecessorum, bene adhuc agi  
 cum

DEDICATORIA.

cum Societate, quòd hostis  
humani generis etiamnum in-  
veniat, per quos, hypocrisi  
Pharisaicâ zelum Ecclesiæ DEI  
præferentes, suum in eam  
odium, ut olim in Filium  
DEI, exerceat. Equidem fe-  
rè à 70. annis nullum in So-  
cietate atheum, plurimos au-  
tem DEO, ac spiritu DEI ple-  
nos, partim usu & consuetu-  
dine, partim auditu & lectu  
cognovi: longè plures au-  
tem Paternitas Vestra, cui o-  
mnia filiorum suorum perspe-  
cta sunt.

Talis autem fuit Pater Lu-  
dovicus de Ponte, ex libris di-  
(?) 5 vino

## E P I S T O L A

vino spiritu scriptis orbi Christiano, Hispanijs autem à singulari vitæ sanctimonia notissimus. Eam vitam breviter à me descriptam Admodum Reverendæ Paternitati Vestræ humillimè offerre volui, ut per ejus lectionem recreetur, plurimum, quos ei virtute, ac DEI donis non multùm absimiles in Societate novit, etiam adhuc superstitum, recordatione recreata, Divinæ Bonitati gratulando, ab ea ceteris quoque filijs suis, & inter hos mihi minimo omnium, gratiam impetret, ut digni hac, non impiâ, sed sancta, & Filio à DEO Patre

only (1) com-

*DEDICATORIA.*

commendata, Societate effecti,  
grata DEO, & Ecclesiæ præste-  
mus obsequia. Hac de causa  
nostrum erit orare, ut Paterni-  
tatis Vestræ incolumitate diu  
gaudere possimus. Ingolstadij  
Kalendis Maij An. 1662.

Admodum R. P. V.

*Minimus in Christo servus  
& filius.*

HENRICVS LAMPARTER.

*AD*